

sic poterit hoc modo plus consequi adopratus, quam ceteri filii naturales & legitimi. Et quod intelligatur quarta pars omnium bonorum, etiam existantibus aliis filiis legitimis & naturalibus, tenuit Vulgarus glossator antiquus, relatus per gl. allegandas, & sequuntur & late probant Guillem. & Bart. in *repet. d. l. si arrogator. n. 8.* quam etiam sibi sequitur Ioan. Orosc. dicens probabiliorem, n. 78. & sequitur praterea Salvo. in l. 2. nu. 7. C. de adopt. pro qua opinione sunt bonae leges 8. tit. 16. part. 4. & l. 9. tit. 5. part. 6. ubi dicitur: *La quarta parte de todo quanto ouiere: & ita est tenendum, licet contrariam opinionem, imo quod quando sunt alij filij naturales, non intelligatur quarta omnium bonorum, sed eius partis, quam habiturus esset filius ab intestato, ne alius sit deterioris conditionis filius naturalis, quam arrogatus, teneat gl. in d. s. cum autem, verb. quartam partem, similis in d. l. si arrogator, verb. quartam partem ubi Bart. in *lectura col. 1.* teneat eandem opinionem sibi contrarius: & est similis gl. in *auth. de hered. & Falc. §. 1. verbo, quale est filius, collat. 1.* sequitur & dicit comunē Portius in d. s. cum autem, n. 12. communem quoque testatur Ias. in *d. l. si arrogator, n. 52.* ubi aliqua contra communem adducit in fauorem primae opinionis verioris: dicit magis communem Ioan. Orosc. ibi n. 77. & secundum hanc opinionem magis communem de iure communi dicebat Gregor. Lop. in d. leg. 8. verb. *La quarta parte*, intelligendas esse illas leges Regias, quas diximus probare, quartam partem esse de todos los bienes, scilicet, ut intelligantur, quando alios filios non habet; alias si habeat, intelligatur, quartam partem eius, quod habiturus erat filius arrogatus ab intestato: neque nouum est, ut leges Regie intelligatur secundum ius commune, ut plurimum enim cum illo concordant: Et ita saltem de iure communi, secundum veriorē opinionem est maxima differentia, an auis teneatur relinquere filio adoptato quartam: & contra gl. & Ias. dicentes non teneri facit: Nam eadem ratio militat in filio adoptato ab auo; quae in arrogato ab extraneo: Nam sicut arrogatus transit in familiam patris arrogatoris & amittit iura patris naturalis, ita etiam adoptatus ab auo, ut probat iura superius allegata. Et ita posset teneri contra gl. & Ias. in pūcto iuris, nisi huic fundamento respondeas: legem illā de constitutione Diui Pij, assignatam quartam filiis arrogatis, esse exorbitantem, ac proinde non extendendam: ut in *l. si vero, §. de viro, cum siml. ff. solut. matrim.**

158 Hodie autem, si quis arrogauerit, vel adoptauerit aliquem, cum liberos non habeat, neque nepotes, natiuitate postea filiorū adoptio vel arrogatio irritatur: ut probat *l. 1. tit. 22. li. 4. For. & l. 5. tit. 6. li. 3. For. & ibi notat Mantal. & notat etiam per illa iura Greg. Lop. in d. l. 8. gl. 1. §. Sicuti etiam videmus in legitimis per rescriptum Principis ad succedendum tempore, quo alij legitimi & naturales nati non erant; Nam legitimati huiusmodi excluduntur postea successione per natiuitatem legitimorum & naturalium, per *l. 12. Taur.* quae hodie est *l. 10. tit. 8. lib. 5. noua Recopil.* & sic hodie non erit necessaria quaestio gl. supradictarum. Quae leges Regiae limitantur in adoptatis ab auo paterno, vel*

160 materno; si enim cum legitimis & naturalibus postea natis succedunt, ex omnibus, quae supra in hac materia dicta sunt: Et ita nouiter d. l. limitat Mench. d. 9. 19. n. 5. ad si. Limitatur etiam d. l. 12. Taur. in legitimato per subsequens matrimonium; Is enim, etiam cum legitimis & naturalibus postea natis succedit, quia vere legitimus est, ut in d. l. 12. Tauri.

162 Sed quaeritur quid iuris; Si enim haberet quis filios suos alios adoptauerit vel arrogauerit? In quo dico, quod si arrogauit, sciente Principe, qui arrogationem confirmauit, sciente inquam, quod filios naturales habebat,

adhuc succedit filius arrogatus cum naturalibus, & tunc erit necessaria examinatio quaestionis gl. 3. discusse, de quibus bonis quarta intelligatur: ita tenet gl. in *d. l. leg. 8. in gloss. La quarta parte.* Si vero adoptauerit, cum haberet filios legitimos & naturales, tunc adoptatus non succedit cum eis, quia iudex, cuius decreto fuit facta illa adoptio, non potuit praedecidere filiis natis: & ita expresse tenet Gregor. Lopez in d. l. 8. gl. 1. & Ioan. Baptist. in suo arario commun. litera F. nu. 135 fol. 72. colum. fin. ubi tenet, quod pater hoc casu potest huic filio adoptato legare quintam partem bonorum, quam pro anima poterat distribuere, & hoc est sine dubio.

Sed; An habens filios legitimos & naturales, possit legitimare alios naturales tantum? Videndus est omnino Iason in l. Gallus, §. quid si tantum, n. 90. & plurib. seqq. ff. de lib. & postib. & haec omnia in materia adoptionis & arrogatis sunt menti tenenda, quia sunt praecipua in materia, difficilia & quodidiana.

Quarta ampliatio materiae legitimisationis.

164 Quarto principaliter conclusio huius tex. ampliatur, ut procedat nedum in filio legitimo, sed etiam in legitimato per oblationē curiae, vel per subsequens matrimonium: Nam huiusmodi legitimatus post legitimisationem in patris subintrat potestatem, & ius efficitur: rex. in §. quibus commemorari necesse est, Instit. de heredit. qua ab intestat. def. ibi, *Heredum suorum iura nanciscuntur: idem probat tex. in authentic. quibus modis natur. eff. leg. in §. si igitur licentia, collat. 6.* ubi probatur, quod si quis habuerit filios ex muliere, quam in vxorem accipere non potest, ex eo, quod thorum concubina tu violauerit, vel ob alios defectus prohibentes eam duci in vxorem; & sic non possunt filij legitimati per matrimonium, potest filijs naturalibus provide- re, offerendo eos Imperatori, & petendo eos legitimari, secundum formam illius text. & tunc filij legitimati nihil differunt a legitimis filiis, & per consequens habebunt iura suaratis, & cetera omnia: ut probat textus in illis verbis; *Nihil a legitimis differentes: idem etiam probat tex. in authentic. quibus modis natur. eff. sui. in §. & quoniam varie, ibi, Nihil dissimiles legitimis, & in l. 12. Taur. ad fin. quae est l. 10. tit. 8. lib. 5. noua Recopil. Regia, ubi dicitur: Mandamos que en ninguna cosa diferan de los hijos nacidos de legitimo matrimonio.*

Ex quibus iuribus satis constat, quod haec legitimatio erit secundum veritatem vna & eadem, quam habent legitimi, & non secundum fictionem: ut tenet aliis rationibus Bart. in *repet. l. si quis qui pro emtore, nu. 29. ff. de vfu. cuius opinionem sequitur Ias. in l. hac cōsultissima, §. ex imperfecto, in princ. C. de testam. & sequitur Paulus de Cast. in l. si n. 5. C. de his qui veniam a patris impet. testatur communem Ias. in Rubr. nu. 11. ff. de lib. & postib. & Alciat. ibi nu. 5. dicit etiam communem plures referens Tiraq. in l. si unquam verb. suscepit liberos nu. 77. C. de reuoc. donat. & ultra ipsum dicit communem Deci. cons. 52. n. 1. in princ. V. fo. & c. & ita est tenendum: licet plurimi teneat contrarium, quos refert Tiraq. ubi §. n. 96. e quibus vnus est Ias. in l. filio, quem pater, n. 13. & seqq. ff. de lib. & postib. ubi allegat aliqua iura contra Bart. & communem opinionem supradictam, tenet alios referens Petr. Duen. in reg. 350. ampliat. 1. fol. 130. testatur etiam communem Cou. in 4. 2. part. c. 8. §. 8. n. 3. cum nu. seqq. latissime agit de hoc articulo, ideo videndus est omnino.*

Ex supradictis omnibus inferitur etiam, bene de- 166 terminasse Bart. in l. 2. in princ. n. 10. ff. de vulgar. & pupil. quod sicut pater potest filio suo, quem in potestate habet,

habet, dare substitutum pupillae, etiam & filio legitimo, quia ipse nihil differt a legitimis: quam opinionem firmam appellat Alex. ibi n. 17 & communem testatur Rip. ibi nu. 27. & eam sequuntur omnes Dd. secundum Lancelot. Politum in *1. ad. substit. in Rubr. de pupill. n. 37.*

Et An filius legitimatus ad fenda cum clausula derogatoria generali omnium legum & constitutionum, & quoruncunque in contrarium facientium, possit succedere in fendo, in quo certa qualitates requiruntur? videndus est Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 161. per totam, ubi tenet quod sic, & est comunis opinio haec in legitimatis per subsequens matrimonium, in aliis fecus, secundum Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. n. 27. & fundari potest haec opinio ex omnibus supradictis. Succedit etiam filius legitimatus in emphiteusi Ecclesiastica, ut plurimos referens tradit Petr. Duen. ubi §. ampliat. 7. dico infra nu. 179. ¶ Vt etiam superiora de legitimatis filiis optime probantur in l. Diu. Constantini, C. de naturali. ubi loquens ille rex in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, inquit; *Mox, postquam nuptia cum matribus eorum fuerint celebrata, suos patri, & in potestate fieri.* Ex quo text. dum dicit, *Mox, & c.* inferitur quoddam optimum & singulare, ut etiam si nuptiae contrahantur ab eo, qui in extremis sit, adhuc liberi antea nati efficiatur legitimis haec est receptor opinio, licet plures contradicant, secundum Ioan. Orosc. in l. benignus, n. 3. ff. de legibus, ubi Ias. tantum allegat, & est comunis secundum eundem Orosc. in l. Paulus, n. 5. ff. de stat. homi. est etiam communis secundum Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. n. 10. * & Greg. Lop. in l. in gl. de casa cōella, in *vers. procedit etiam, in 3. part. 4.* sequitur plurimos referens & bene probans Mench. lib. 3. contro. v. sup. reg. cap. 1. n. 4. & haec est comunis opinio, secundum Iason. in l. sed & est questum, n. 6. & seqq. ff. de lib. & postib.

169 Vbi n. 7. ex hoc inferitur cum Bald. & Felin. contra Angel. quod huiusmodi legitimatus excludit substitutum, qui deberet admitti in casu, quo heres decederet sine liberis: quod est optimum pro intellectu legemeraliter, §. cum autē, C. de inst. & substit. & iurium similibus, iunctis his, quae infra dicemus, quod filij legitimati in casu illorum iurium, per subsequens matrimonium faciāt dehere fideicommissum, iuxta comunem opinionem, ut procedat, etiam si subsequens matrimonium contrahatur ab eo, qui est in articulo mortis constitutus: sequitur alios allegans Couarr. ubi sup. d. n. 10. & 11. Sed cum opin. Angel. tenentis contrarium, transit simpliciter Roderic. Suar. in l. 9. tit. 11. li. 1. For. fol. 74. colum. 1. ubi dicit esse mirabile dictum ad eos, qui possident maiorias: & eam quoque sequitur Anton. Gomez in l. 9. Taur. n. 8. & 59. de qua opinione Angeli videndus est Matthaeus de Afflict. decis. Neapolit. 386. per totam: ubi plures Doctores pro & contra refert: eam tamen tenet virorem & magis communem plures referens D. Burgos de Paz consil. 6. nu. 11. praesertim: cum tunc non subest spes proles procreandae: testatur etiam comunē plures referens, licet contra eā teneat, Menchac. ubi supra n. 5. Sed haec opinio Ang. & sequacium non est contraria, quia loquitur & procedit, quando matrimonium contraheretur in extremis in fraudem praedicti substituti, & hoc constaret tacite vel expresse per modos & vias positos per Anton. Gomez ubi §. quo casu valet matrimonium & legitimatio inducitur per id, sed substitutus non excluditur, secundum omnes supradictos: Opinio vero superior procedat, quādo matrimonium contrahatur ab eo, qui est in extremis simpliciter absque fraude: & ista est vera cōcordia meo iudicio, & eā plurimos allegatis tenet ita intelliges materiam hanc Petr. Duen. d. reg. 350. limit. 1.

per totam, fol. 121. quem inueni postquam supradicta scripseram: & nouissime post huius operis primam editionem hanc sequitur & testatur plures referens D. Moli. de Hisp. prim. g. lib. 2. c. 5. nu. 27. & ad si. operis annotat. num. 8. & eam defendit ab impugnationibus Menchac. ubi supra.

Sed est addendum notabiliter in practica, quod 170 ita demum in casu illorum iurium legitimatus excludit substitutum, si ipse substitutus citatus fuerit: ita tenet expresse alios allegans Ias. in l. Gallus, §. & quid si tantum, in l. lectura, n. 139. & 140. ff. de lib. & postib. communis secundum Couarr. in 4. de spons. 2. part. c. 8. §. 9. n. 8. qui est videndus in hoc.

Quod potest primo probari ex regula vulga. iuris, quae habet; Quod in quocunque actu alteri praedicti, debet citari ille, cuius interest, & praetenditur praedicti, ut in l. nā ita Diuus ff. de adopt. & in l. de vnoquodq. ff. de re iudic. cum siml. ¶ Secundo probatur haec opinio ex d. doctrina Bart. in d. l. §. quid si tantum, n. 14. in si. tenentis, quod quando filius naturalis legitimatur post mortē patris, requiritur, quod citetur illi, quibus est aliquod ius quaesitum, imo plus, quod requiritur consensus eorum, argum. l. penult. ff. de natur. li. ubi ad hoc, ut liberis restitui possit natiuitas, requiritur consensus patris: & iam Bartol. doctrinā sequitur alios allegans Ias. in l. Gallus n. 82. & Mart. vbi ff. de success. ab invest. art. 1. memb. 1. n. 20. quod intellige respectu legitimisationis per rescriptum Principis, vel oblationem curiae, secus de illa, de qua nunc proxime loquebamur, quae fit per subsequens matrimonium: ut constat ex supradictis Doct. & an praedicta citatio requiratur, quando legitimatus sit in vita patris, videndus est omnino Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. n. 7. Tiraq. in *1. ad. res inter alios acta p. 16. c. 7.* eandem etiam opinionem supradictam, quod etiam si nuptiae contrahantur ab eo, qui in extremis sit, adhuc liberi antea nati legitimantur, dicit comunem Tiraq. ubi §. n. 77. hanc etiam opinionem sequitur plures referens Ant. Gom. in l. 9. Taur. n. 57. ubi late agit & refert contrarium tenentes. ¶ Et limitat, quando huic matrimonio inesset certum impedimentum succipiendae proles, ut quia sit constitutus homo in postrema & decrepita aetate, ex gl. in c. 2. de frig. & mal. ff. quam dicit communiter approbatam Ant. Gom. in princ. illius n. Sed salua pace, gl. d. c. 2. contrarium probat, imo quod senex possit contrahere matrimonium per d. l. nuper, & ita idem Anton. Gom. in *prad. n. 57. ad si. relinquit cogitandum.* Mihi verior videtur opinio contraria huic limitationi: quam meam opinionem, quā hic sequor, testatur communem plurimos referens Petr. Duen. ubi §. d. 1. limit. per totam: ubi limitat: & ante eum communem eam dicit Couarr. in 4. 2. part. c. 8. §. 2. nu. 10. & hanc opinionem nouissime plures allegans testatur veriorē & comuniorē contra Bal. Ioan. à Roias, Inquisitor Valentin. in sua Epit. omni. success. c. 2. n. 21. & 22. ubi refert Couarr. ubi §. & inquit, se iam ex facto ita respondisse in casu occurrenti, secundum hanc comunē opinionem, scilicet, quod per subsequens matrimonium, contrahentem etiam a senē decrepito in grate senili & in articulo mortis cum propria concubina filij antea nati, legitimi vere efficiantur: hanc etiam sequuntur plurimi, & eos referens Menchac. lib. 3. contro. v. sup. equen. c. 4. n. 4.

Ex haec suprad. ampliacione ad conclusionem nostram 174 stri text. & omnibus in ea dictis inferitur, quod cum filius legitimatus sit suus, trāsmittit etiam hereditatē non aditam ex potentia suaratis; Nam suus eam trāsmittit, ut §. latis superq; dictum est; Ergo & legitimatus, cum sit suus: Ita primus omnium tenet Bald. in l. eam, quam, n. 1. C. de fid. comm. quem sequitur Ioan.

94 Oros. in d. l. arrogator, numer. 19. ff. de adopt. & Anto. Gom. in l. 1.8 Taur. numer. 6. colum. 2. illius numeri: idem latius probans omnibus supradictis in l. 9. Taur. nu. 66. vbi plura infert, scilicet, quod tali legitimo debetur legitima, quod plurimos referens tenet Tiraquel. vbi supra num. 79.

175 Adde ego, quod t eadem legitima, quae debetur filijs suis legitimis & naturalibus, debetur etiam legitimitatis: ita hanc opinionem post longam disputacionem restatur communem Iaf. in Rubr. num. 11. ff. de lib. & posthum.

176 Sed est t pulcrum dubium in praesenti; Quid si statuto caueatur, vt stantibus filijs masculis, filiae foeminae non succedant? An stantibus legitimis filiae excludantur? Et ex supradictis omnibus recte infertur, ita filios legitimos excludere foeminas, sicut excludunt eas legitimi: atque ita hac opinionem tenuit Bald. in d. l. eam quam, col. 6. vers. item fuit quastum, C. de fideicom. & in l. cum acutissimi, nu. 7. C. eodem, cuius opinionem sequuntur ibi Iafon. col. 1. qui dicit, ita se bis consuluisse, & fuisse iudicatum: & hanc opinionem dicit communem Curt. Jun. con. 15. n. 12. & tenet plures allegans Tiraquell. in d. l. si unquam, vers. susceperit liberos, nu. 82. quicquid in contrarium tenuerit Baldus in c. per tuas, num. 2. de maior. & obed. cuius opinionem dicit communem Curt. Sen. con. 16. num. 13. & Crot. in d. l. Gallus §. quid si tantum, num. 75. ff. de liber. & posthum. dicit magis communem plurimos referens Tiraquel. vbi supra num. 98. vbi refert plures famosos Doctores. secundum hanc opinionem consuluisse: hanc etiam secundam opinionem plures referens testatur esse communem & magis communem Tellus Fernand. in leg. 9. Taur. num. 18. & seq. qui num. 15. retulerat plures auctores primae opinionis: & tandem numer. seq. distinguit plures casus, inferens ex eis ad intellectum dicit. l. 9. Taur. an stantibus filijs legitimis tantum excludantur spurij, vel naturales tantum: ideo videndus est omnino super hoc articulo controuerso: quae l. 9. Tauri, hodie est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua Recop. Regiae: & primam opinionem plures referens tenet etiam Pet. Duenn. d. reg. 350. ampliat. 15.

177 Vterius infert Anton. Gomez in d. l. 9. n. 66. quod si filius legitimus est preteritus, habebit ius dicendi nullum de iure ciuili, & bonorum possessionem contra tabulas de iure praetorio: & si sit exheredatus, habebit querelam, & denique omnia alia remedia contra testamentum patris, quae filius legitimus & naturalis habet text. est expressus in auth. de incest. nup. §. dubitatum, vers. quid enim, collat. 2.

178 Imo & legitimatione trumplitur testamentum antea factum, sicut agnatione posthumi: ita etiam praed. omnia plurimos referens tenet Tiraq. vbi supra n. 80. & 81. & testatur hanc esse magis communem opinionem Alex. in Rubric ff. de lib. & posthum. & eum refert Iaf. ibi n. 2. & seq. late probans & limitans, ad quem est recurrendum in materia.

179 Ex quibus t omnibus ipse infero optima cum ratione dubitasse Bernard. Diaz de Lugo in reg. 231. incipit, Emphyteus Ecclesiastica: de comuni illa opinione, qua ibi ipse pluribus relatis ponit, quae habet; Quod emphyteus Ecclesiastica suscepta pro se & filijs suis, non veniunt filij naturales, etiam legitimi: de quo etiam videndus est Matth. de Afflic. dec. Neapol. 186. per totam, de cuius veritate hic non agam, ne immoremur, & ibi ipse Episcopus quatuor modis limitat praedictam communem opinionem, inter quos vnus est in legitimatione per subsequens matrimonium, quod est notandum, pro qua limitatione facit d. l. 12. Taur. du ibi probatur, ad succedendum admitti filios legitimos per subsequens matrimonium, exclusis filijs antea legi-

timatis per rescriptum ad succedendum: quae l. 12. Tauri, hodie est lex 10. tit. 8. lib. 5. noua Recopilat. Regiae, & supradictam limitationem plures referens sequitur Petrus Duenn. in reg. 150. ampliat. 7. fol. 130. vbi inquit, secus esse in legitimo per rescriptum Principis: & ante eum idem facit Couarru. in 4. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 23.

180 Itē, an legitimatione filij naturalis reuocetur donatio in casu d. l. si unquam, videndus est latissime Tira. ibi, verb. susceperit liberos, nu. 64. vsque ad n. 10. qui nu. 70. refert plurimos tenentes, quod non reuocetur: & n. 75. & sequent. refert etiam plurimos tenentes contrarium, imo quod reuocetur: ideo videndus est in hoc articulo. Ex praecedentibus tamen videtur verior haec vltima opinio, quod reuocetur. Quam rem latissime pro vtraque parte examinat Ripa in d. l. si unquam q. 30. per totam, & tandem in fi. n. 82. distinguit & concordat has duas opiniones: vt si filius natus & legitimus sit post donationem, reuocetur donatio: si vero fuerit natus ante donationem, & legitimus post, tunc non reuocetur: sequitur post alios Tiraquell. vbi supra n. 109. ne sit huiusmodi filius melioris conditionis, quam legitimus; qui si exstaret ante donationem, non eam reuocaret in totum, licet posset dicere inofficiosam, & pro parte non legitima reuocare, secundum Tiraq. ibi in verb. liberos non habens, n. 11. & seq. vbi agit, quid in postea natis; Ergo idem in legitimitatis dicamus: Sequitur plures referens Petrus Duenn. d. reg. 150. ampliat. 13. fol. 131. & Couarr. in 4. de sponsal. 2. part. c. 8. §. 2. n. 29. vbi idem tenet quod in legitimo, in 2. casu distinctionis supradictae.

181 Sed quod t legitimus per rescriptum Principis minime subuertat donationem in casu d. l. si unquam, tenet cum Bald. & Salyc. Greg. Lop. in l. 8. tit. 4. part. 5. in gl. De su mger legitima, quae lex hodie tollit dubitationem; Nam requirit, vt liberi sint nati ex vxore legitima, alias secus; qua attenda, dubitat Gregor. ibi, qui est videndus, quid in legitimo per subsequens matrimonium.

182 Item, An legitimi faciant t deficere fideicommissum, de quo in l. cum acutissimi, C. de fideicom. & in l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substitut. sub condit. fact. & l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. & in Reg. d. 10. tit. 4. part. 6. videndus est Tiraq. vbi supra n. 84. vbi plures allegans testatur communem opinionem esse, excludi substitutum: & optime probatur ex omnibus supradictis: dicit etiam communem Rip. in l. si unquam, quastion. 30. n. 81. licet aliqui contrarium teneat, quos refert Tiraquell. vbi supra n. 9. dicens, ex illis constare, rem hanc esse dubiam; sed primam opinionem dicit communem Iafon. in l. sed & quastion. ff. de li. & posth. & ampliat, vt praedixi modo, scilicet in legitimo per subsequens matrimonium contractum ab eo, qui in extremis erat dicit etiam communem plurimos allegans Anton. de Padilla in l. cum acutissimi, n. 17. C. de fideicommissis, vbi ampliat in conditione expressa. Si grauius sine filijs legitimis decesserit: communem dicit Petr. Duenn. vbi supra. ampliat. 8. & plures allegans Mencha. lib. 3. controu. vsus freq. c. 41. n. 7.

183 Sed; An legitimi t succedant & habeant suatatem, exstantibus legitimis & naturalibus: & an eo casu, quo cum eis succedant, possint meliorari in tertio & quinto per leges Regias, qua id permittunt in filijs legitimis? Videndus est Anton. Gomez, vbi supra, n. 67. & 68. vbi tenet & dicit esse communem opinionem & resolutionem, plures Doctores referens, quod legitimi per subsequens matrimonium bene succedant cum suis legitimis & naturalibus: Legitimi vero per rescriptum non nisi expressa a Principe concedatur: licet hoc vltimo casu aliqui Doctores maximae auctoritatis teneant contrarium, inter

inter quos est Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, in l. 12. limitatione l. Reg. d. n. 2. Codic. de inoffic. testament. fol. 15. 4. Sed praecedens communis opinio approbatur in d. l. 12. Taur. Item tenet Antonius Gom. & Roderic. Suarez, vbi supra. quod legitimi possint meliorari in casibus, in quibus possunt succedere cum legitimis. Sed & sunt hic alia nonnulla; quae possent tractari, sed ea omittam, ne diuertamur acturi de iure. Sed adhuc non praetermittam quaedam alia notabilia in materia.

184 Primo, quod t text. in l. hac consultiissima, §. ex imperfecto, C. de testam. concedens patri testanti inter liberos hoc beneficium & priuilegium, vt eius testamentum & vltima voluntas minus solemniter conditum valeat & teneat: & idem probat text. in l. si. C. famul. hereditum. & l. 7. tit. 1. & l. 34. tit. 9. part. 6. habeant etiam locum & in parte testante inter filios legitimos: & a fortiori inter filios legitimos & legitimos, cum omnes sint legitimi vere: ita in specie tenet Iafon. in l. 2. in principio ff. de vulgar. & pupillar. Tiraquellus vbi supra plures referens nu. 79. & bene Antonius Gomez. vbi supra, num. 6. columna 2. illius numeri: & dixi ego in mea lectura dicit. §. ex imperfecto, quam olim feci, licet Decius relatus per Tiraquellum tenuerit contrarium: hodie autem hoc cessat per l. 3. Tauri, vbi eadem sollemnitas requiritur in testamento inter liberos, quae in testamento condito inter extraneos: & dicit leg. 1. Tauri, hodie est lex 2. titulo 4. libro 3. noua Recopilat. Regiae.

185 Infertur t etiam optima illatio ex omnibus supradictis ad difficilem illam l. cum si in familia ff. de legat. 1. vt omnia ibi dicta respectu filij legitimi & naturalis habeant etiam locum in filio legitimo: vt late per omnia supradicta fundans tenet in terminis ibi Iafon. n. 159. cum sequentibus.

186 Vnde faciendae est regula cum Tiraq. vbi supra n. 85. Quod omnia iura loquentia de filijs legitimis habeant etiam locum regulariter in filio legitimo, ex regula, quae de aequiparatis traditur, & quod sine dubio dispositum in vno, habeat locum in alio.

187 Vltimo, illud tantum hic non praetermittendum duxi, tanquam notari dignissimum & vsui quotidianum necessarium; An filij legitimi gaudeant nobilitate patris, (hoc est hidalguia vulgo appellata) Et ex superioribus omnibus constat gaudere, quandoquidem vere legitimi est.

188 Secundo, pro hac opinione & parte affirmatiua facit, quia licet quoad libertatem partus, hoc est, filius, ventrem sequatur: vt in l. naturalis, in principio ff. de praescript. verb. & in l. partum, C. de rei vendicat. & in l. si. C. de de liberal. causis: tamen quantum ad honores & dignitates, filius patrem sequitur, non vero matrem: text. in l. exemplo, C. de Decurion. l. br. 10. & in l. nobiliores, C. de commercio & mercat. lib. 11. legat. liberos, in fin. ff. de Senato. Ergo ita & eodem modo filius legitimus gaudebit honoribus & nobilitate patris: & in specie hanc opinionem tenet glossa arguens ad partes in cap. tanta est vis, in gloss. legitimis, qui fil. sint legitimi & hanc opinionem probat etiam leg. 4. final. tit. 15. part. 4. vbi dicit lex: E han todas las honras, y las proes que han los hijos que nacen de casamiento derecho: & in d. l. fin. dicitur. E aun les nace otra de la legitimation, ca pueden ser cabidos a todas las honras, y a todas las fechos temporales, cambien como los otros hijos que nacen de las mugeres legitimas. Idem expresse probat d. l. 12. Taur. ad si. vbi dicitur: Pero en todas las otras cosas assi en luce der aolos vros parientes, como en honras y preeminencias, que han los hijos legitimos mandamos que ninguna cosa desieran de los hijos nacidos de legitimo matrimonio: quae lex vt supra est dictum hodie est l. 10. tit. 8. lib. 5. noua Recopilat. Reg. Contrariam ta-

men opinionem, tam de iure communi, cum Hostiensis & Ioan. Andre. in cap. final. de filijs preteritis. & cum Guilherm. de Cogn. imo quod non debeat fieri mentio nobilitatis in legitimatione, quam etiam iure Regio tenet Gregorius Lopez in d. l. 4. in gloss. Todas ad medium, vbi inquit, quod vidit super hoc consuli Regiam Celsitudinem per dominos de Regali Consilio, & fuisse rescriptum, vt tales generales legitimationes, non expressa nobilitate, non extenderentur ad talem prerogatiuum nobilitatis, & quod ita fuit rescriptum Regalibus Auditorijs: & eandem etiam opinionem tenet Mattheus de Afflic. dec. Neapolitan. 193. nu. 9. dicens non gaudere nobilitate patris legitimum, nisi per Principem restitutum est naturalibus: de quo etiam videndus est Baldus in c. per tuas, de maior. & obedien. Et haec sententia de iure communi est verior & communior, secundum Oros. de nobilit. 2. part. 3. princ. c. 3. n. 4. vers. de legitimis, vbi plures alios allegat.

189 Sed non obstante opinione Gregor. Lop. & sequacium, prima opinio supra posita est tenenda per iura Regia expressa supra allegata; & ita tenet Cifuentes in d. l. 12. Taur. n. 8. & latissime Ioann. Oros. mordens tacite Greg. Lop. eo non relato in l. cum legitima, n. 4. cum pluribus sequentibus, ff. de statu homin. vbi inquit, quod solum respectu collatarum & contributionum, vtputa, pechos & cetera id genus, non sunt nobiles, ex Regia s. chedula super hoc expresse data & confirmata Pinciae ante 1542. de qua forsitan Gregorius Lop. vbi supra, facit mentionem de visu; in alijs vero omnibus sunt nobiles, secundum eum ibi late probantem: hanc etiam opinionem, quod in alijs gaudeant nobilitate patris, probat expresse Regia l. fin. ad finem, tit. 22. lib. 4. for. vbi loquens in legitimo, inquit: El hijo que assi fuere recebido, aya honra de fidalgo, si su padre fuere fidalgo.

190 Limita tamen hac opinionem in filio nato ex damnato coitu, qui licet legitime non consequatur nobilitatem patris ex d. l. fidum in h. dicit: Esto se entiendo de los hyos naturales. Ergo si non sunt naturales, sed nati ex damnato coitu, non erunt nobiles, etiam si legitime nati, & patres eorum fuerint nobiles: ita tenet expresse Cifuentes in d. l. 12. Taur. n. 9. in fine, & Oros. vbi supra n. 22. & 21. & tenet etiam nouissime Antonius de Menelles in leg. naturalis in princip. num. 12. ff. de praescript. verb. qui ad hoc allegat petitionem 9. anni 1541. Pinciae latam, dicens ex testimonio Couarr. in 4. de sponsalibus, 2. part. c. 8. §. 4. nu. 4. secundum eam petitionem fuisse non semel in Granatensi praetorio pronuntiatum contra hos legitimos praetendentes exemptionem, tenet etiam eandem opinionem per illam pragmaticam Didac. Perez in l. i. tit. 11. 4. Orden. col. 1318. in fi. & illa pragmatica est iustissima & procedit, siue damnatus coitus sit ex parte patris, siue ex parte matris secundum Auend. in suo dictionario, verb. Spurio & in ve. bo Hijo natural, vbi inquit & tenet, requiri, quod sit natus ex damnato & punibili coitu, alias secus.

191 Vnde infertur, perperam & falso tenuisse contrariam sententiam Petrum Duenn. in regul. 69. incip. Bardi fol. 84. colum. 3. & 4. vbi tenebat, etiam bastardum legitimum gaudere nobilitate patris, deceptus per d. l. 12. Taur. in fi. & per l. 9. in fi. tit. 15. part. 4. Na legas illas in filio naturali legitimo loqui manifestum est, & ita tenet idem ipse Petr. Duenn. fol. vlt. quod est ante suas regulas, dicens, hodie non procedit eam opinionem per praed. pragmaticam petition. 9. licet ipse non aduertat, superiores leges Regias minime loqui in casu, in quem eas adducit.

192 Ex quibus infertur, dicit, pragmaticam 9. anni 1542.